Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita, doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A xiſſe corpora, citra ullum ἐσίας & naturæ diſcrimen. Ex ea opinione nata eſt illa altera, craſſius hoc, & aëri noſtro cognatum Dæmonum corpus, res ſui generis appetere, ſuffitus puta, & nidores ſacrificiorum; ac ſanguinem etiam victimarum ligurire; nec iis tantum delectari, quod homines idololatriæ deditos eſſe videant, ſed etiam propter voluptatem ac delicias, quibus eorum corpora afficiuntur. Origenes libr. 3. contr. Celſ. *πάντες μὲν*, inquit, *οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἰσι δαιμόνια λίχνα, καὶ περὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰ αἵματα, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν αἱμάτων ἀποφορὰς καλινδούμενα, ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν μὴ προσπεφευγότων τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ*· & libr. 7. ſequente, poſtquam dixit Spiritus quoſdam impuros circa terram degere, hoc ſubiicit: *δηλοῖ δὲ τοιούτους αὐτοὺς τυγχάνειν καὶ τὸ τῶν ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀναθυμιάσεσι καὶ τῶν ἀπὸ τῶν αἱμάτων καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἀποφοραῖς τρεφόμενα αὐτῶν τὰ σώματα φιληδονοῦντα τοῖς τοιούτοις ἐπ' αὐτὸ τυγχάνειν τοῦ ὡσπερεὶ φιλο-*
B *ζωεῖν*. & libr. 8. *τὰ δὲ πνικτά, τοῦ αἵματος μὴ ἐκκριθέντος, ὅπερ φασὶν εἶναι τροφὴν δαιμόνων, τρεφομένων ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναθυμιάσεσιν, ἀπαγορεύει ὁ λόγος, ἵνα μὴ τραφῶμεν τροφῇ δαιμόνων*· & in Protreptico ad Martyrium: *ἐπεὶ δέ τινες μὴ θεωρήσαντες τὸν περὶ τῶν δαιμόνων λόγον, καὶ ὡς ὑπὲρ τοῦ παραμένειν ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ περιγείῳ ἀέρι, δεόμενοι τροφῆς, τῆς διὰ τῶν ἀναθυμιάσεων ἐπιτηδεύουσιν, ὅπου κνῖσαι ἀεὶ καὶ αἵματα, καὶ λιβανωτοί, ἐξευτελίζουσιν ὡς ἀδιάφορον τὸ θύειν, εἴποιμεν ἂν καὶ πρὸς τούτους ὅτι εἴπερ οἱ τροφὰς λῃσταῖς, καὶ φονεῦσι, καὶ βαρβάροις ἐχθροῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὡς τὸ κοινὸν ἀδικήσαντες κολάζονται· πόσῳ πλέον οἱ τοῖς τῆς κακίας ὑπηρέταις διὰ τοῦ θύειν διδόντες τροφὰς παρακατεχούσας αὐτοὺς ἐν τῷ περιγείῳ τόπῳ, δικαιότατα ἂν ἐγκαλοῖντο;*

In eadem porro ac Origenes cauſſa ſunt vetuſtior illo Iuſtinus, & recentior Maternus Firmicus, quorum ille Apolog. 1. ſcribit Angelos perduelles in ſervitutem homines re-
C degiſſe, cum aliis modis, tum *διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων, καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι, μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι*· *Docendo ſacrificiorum, ſuffituum, & libationum ritus, quibus tum indiguerunt, poſtquam cupiditatum affectionibus ſeſe ſubmiſerunt.* Hic vero cap. 14. libri De error. profan. relig. aſſerit ſubſtantiam Dæmonum à Diabolo prognatorum ſanguine victimarum nutriri.

QVÆSTIO SEXTA.

DE ANIMA.

D

I. *De animæ origine quid ſtatueret Origenes certum non habuit.* II. *Ex dogmate* προϋπάρξεως, *& perpetui libertatis uſus maxima Origenianorum errorum pars profluxit.* III. *Vtrum animas rationis compotes è ſubſtantia divina delibatas eſſe aſſeruerit.* IV. *An eas corpore antiquiores, in illudque pro peccatis demiſſas putaverit.* V. *Vnde nomen,* ψυχή, *factum autumaverit.* VI. *Ex his multorum criminationibus eſt appetitus.* VII. *Ad doctrinæ huius fontes digitus intenditur;* VIII. *quam variis Scripturæ locis fulcire conatus eſt Origenes:* IX. *multi licet eam funditus labefactent.* X. *Patres eius aſſertores recenſen-*
E *tur.* XI. *Nihil his temporibus fuerat ab Eccleſia ſuper hoc argumento determinatum;* XII. *nec multo recentioribus.* XIII. *Vtrum animas corporeas, & quali corpore præditas crediderit.* XIV. *Origenem Patrum multorum aſſenſus, & ſua excuſare poteſt hæſitatio.* XV. *Ex antiqua Philoſophia opinionem ſuam depromſit. Intricatus Methodij locus explicatur.* XVI. *Vtrum ſolam animam hominem conſtituere dixerit.* XVII. *Examinatur Origeniana* μετενσωματώσεως. XVIII. *Pythagoricam* μετεμψύχωσιν *propugnaſſe à plurimis dictus eſt Adamantius:* XIX. *ſed multis purgatur.* XX. *Metenſomatoſeos auctores producuntur.*

F

I. QVONIAM hominum animas eiuſdem eſſe ac Angelos ordinis & naturæ voluit Origenes, explorata horum iuxta ipſius definitiones natura, de illis nunc ut agamus, rerum ſeries deſiderat. Obſervandum vero illud eſt ante omnia, obſcurum ac difficile viſum hoc argumentum Origeni, itidem ut aliis Eccleſiæ Patribus pleriſque, ſummaque in hæſitatione & anguſtia fuiſſe verſatum. Cum enim libro 3. De princ. cap. 4. præcipuas tres propoſuiſſet de anima ſententias; utrum duplex ſit in nobis, divinior altera & de cœlo depromta, alia inferior; an una tantum cœleſtis juncta corpori, à quo inclinetur & deprimatur ad vitia; an vero conſtet anima partibus duabus, quarum alia ſit rationis particeps, ratione altera careat; poſtquam ſingulas accurate opiniones excuſſit, in nullam inclinans partem, ſubjungit tandem: *Et nos quidem prout potuimus, ex ſin-*